Interrogatus familiariter ab amicis an ego annotatione 6. in
3. caput Genes. pag. 26. et similibus eadem de re trac=
tantibus, intelligerem Adamum primo suae creationis tem=
pore et integro statu, non fuisse sapientia et pruden=
tia à Deo, ut reliquis animi dotibus donatum et or=
natum, Respondi, Quod suspicabantur illud me non
magis intelligere quàm Tertullianus intellexerit, cuius
haec verba sunt: Hominem mundo Deus praeposuit,
et quidem ad imaginem Dei factum, cui mentem et ratio=
nem indidit et prudentiam, ut Deum posset imitari.
Et tamen de eodem homine et Eva, hic ille ipse
dixit: Quemcumque geminis Adam et Eva quamdiu
intellectu carebant nudi erant. Et alibi: Nudus
certè Adam et inventus figulo suo constitit: post
demum sapientiam, haud dum licitam, praereptam po=
situr. Athanasius, Quemadmodum, inquit, infantuli
non erubescunt, etiamsi nullis vestibus tegantur, do=
nec paulatim sumptis incrementis crescat corpus et
pudor: sic quoque habet cum Adam et Eva. Nam
cum primum creati essent, sicut modò natus in=
fans, peccati nondum participes, non pudebat eos
non esse tectos. Post admissum verò peccatum, con=
sutis foliis membra sua contegebant. Si haec
Tertulliani et Athanasii sermones consideremus,
fuerint incauti et imprudentes imo intellectu caruerint,
protoplasti suae initio creationis, postquam demum lapsum
sapientes, licet illicitè: (Quo facere potest infinitiv
usus הדעת annos .l. quasi tum sapientiam desideraverint,
cum non haberent. Quia enim quod habet concupiscit?)
et mente tamen, ratione, et prudentia, quibus imaginem

BIBLIOTHÈQUE NATIONALE R.F. MSS